

*Discursum pro Astromantiâ Goclenii. Discursum Astrologicum M. Abdiæ Treu. B. Jacob. Martini in Vernunfft-Spiegel. Lib. 2. c. 20. p. 884.*

*Johannes Picus Comes Mirandule XII. libros conscripsit contra Astrologos: Item Job. Franciscus Picus, hujus Pici ex fratre nepos lib. IX. de Rerum Prænotione: maxime verò lib. 5. qvi Librorum XII. Job. Pici compendium quasi est. Bellentius Senensis verò diluit ejus argumenta & aniles fabulas. Iratus enim fuit Mirandulanus, quia tres Astrologi ei mortem anno ætatis suæ 33. vaticinabantur ex Directione Horoscopi ad ♀, sicuti & accidit, excusat tamen illum, ideò quod fuisset Astrologiæ ignarus. Sed ignosce, Lector, subidæ prolixitudini: αἰδάνομαι γὰρ, ut cum Isocrate loquar, ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῶν καίρων, h. e. sentio me auferri longius à proposito, Et hæc commemorare intempestivè.*

Talis est ille *Lucani* versiculus l. 10.

*Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequuntur.*

Est